

SCRIPTA

Numéro Scripta : 4624

Auteur(s) : Guillaume Ier le Conquérant, Angleterre (roi)

Bénéficiaire(s) : Caen, Saint-Étienne (abbaye)

Genre d'acte : notice

Authenticité : non suspect

Datation : [1096 -1098]

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Notice rappelant les donations faites sur son lit de mort par le roi Guillaume [le Conquérant] pour le salut de son âme à l'abbaye de Saint-Étienne de Caen : la couronne qu'il portait lors des fêtes solennelles, avec son sceptre, sa virga, son calice et ses candélabres d'or et les autres ornements royaux. Monté ensuite sur le trône, son fils Guillaume [le Roux], d'accord avec l'abbé Gilbert, donne en échange de ces ornements royaux le manoir de Creech [St Michael] en Somerset, avec toutes ses dépendances, et confirme toutes les donations faites par son père en Angleterre, à savoir les manoirs de Frampton et de Bincombe en Dorset, de Northam en Devonshire, de Panfield en Essex, de Well [Hall] en Norfolk, les églises de Crewkerne en Somerset et de Corsham en Wiltshire, une maison à Londres et les dîmes de la terre de Waleran Fils Renouf.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Musset Lucien, *Les actes de Guillaume le Conquérant et de la reine Mathilde pour les abbayes caennaises*, Caen, Caron (MSAN ; 37), 1967, n° 24, p. 132-134.

Dissertation critique

La rédaction de cette notice se situe entre le début de l'apostolat de Girard, évêque de Hereford (1096-1101), et la fin de l'épiscopat de Vauquelin, évêque de Winchester (1070-1098).

Texte établi d'après a

Anno ab incarnatione Domini millesimo octogesimo octavo, gloriosus Anglorum rex Willelmus, cum vite terminum sibi adesse videret, ut mundo moriens Deo viveret, inter cetera egregie caritatis beneficia Cadumensi beati Stephani cenobio, a se pro sua et uxoris sue suorumque predecessorum ac successorum salute constructo, coronam, qua in celebrioribus festivitatibus inter sacra missarum sollempnia, coronabatur, cum sceptro et virga preciosi lapidis, calice aureisque candelabris et ceteris ad coronam pertinentibus regalium insignium ornamentis, dedit, id nimirum salubri consilio disponens, ut ubi carius sepulturam habiturus erat, ibidem tanta caritatis sue munificencia prodesset. Glorioso deinde patri gloriosus filius ejus Willelmus in regnum successit et hic quidem predicti cenobii utilitati prospiciens, habito procerum et religiosarum personarum Anglie et Normannie consilio, concessu quoque Gisleberti abbatis et monachorum in predicto cenobio Deo et Sancto Stephano serviencium, pro corona et prefatis regie dignitatis ornamentis, eidem cenobio dedit manerium quoddam nomine Cocre, situm in comitatu Summersete, cum omnibus eidem manerio pertinentibus, et cum soca et saca et tol et theam et omnibus aliis consuetudinibus, ita liberum et quietum sicut ipse rex sua dominica maneria habebat. Cum hoc dono concessit et confirmavit idem rex Willelmus [e]idem cenobio et predicto abbati et monachis omnes terras et redditus omnes

quos pater suus eis dederat vel concesserat in regno Anglie, videlicet maneria nomine Frontonam et Biencome in Dorseta, et manerium nomine Northam in Devenesire, item manerium nomine Ponsellam in Exsessa, et in Norhfult manerium nomine Welles, et ecclesiam de Cruca cum terris que ad eam pertinent, que sita est in Summerseta, et in Wilcesira ecclesiam de Cossehan cum omnibus que ad eam pertinent, et in Lo[n]donia unam masuram et omnes decimas terre Waleranni filii Rannulfi, hec omnia ita libera et quieta, cum omnibus consuetudinibus que ad ea pertinent, predicto monasterio concessit et confirmavit, sicut pater suus concesserat et confirmaverat. Hanc cartam firmavit rex, manu sua crucem faciens et sigillo suo muniri precipiens. Hanc etiam firmavit precepto ejusdem regis Walthelmus Wintoniensis episcopus, Robertus Meholie episcopus, Johannes Batensis episcopus, Turgisus Abrincensis episcopus, Girardus de Herefort episcopus, Hugo comes Cestrensis, Robertus comes de Mellenc, [Robertus] filius Hamonis, Eudo dapifer, Rogerus Bigot, Willelmus Pevrel, Willelmus cancellarius, Robertus filius Giroldi, Robertus de Monteforti, Ranulfus capellanus.